



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sapientissima Dei Mvndvm Regentis Gvbernatio; Ex qua
pendent, quæ vulgò in Casv, Fortvna, Fato, Esse Pvtantvr**

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1645

§. 10. De stella cum Christo oritura, vaticinium Balaam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52314)

S. Augu-
ſtin. lib.
2. contra
Fauft. c. 5.

fuit. Quamobrem rectè Auguſtinus, con-
tra Manichæos dicentes, Chriſtum colliga-
tum eſſe ſtellis, & eſſe ſub fato ſtellarum, ſic
concludit: *Stella illa, quam viderunt Magi,
Chriſto ſecundùm carnem nato, non ad decre-
tum dominabatur, ſed ad teſtimonium ſamula-
batur; nec eum ſubijciebat imperio, ſed indica-
bat obſequio. Atque poſt illa: Non ideò, in-
quit, Chriſtus natus eſt, quia illa extitit; ſed
ideò illa noua exorta eſt, quia Chriſtus natus eſt.
Vnde, ſi dici oporteret, non ſtellam Chriſto, ſed
Chriſtum ſtella fatum fuiſſe diceremus. Ipſe
quippe illi, non illa huic naſcendi attulit cauſa-
ſam. ergo ſunt fata, qua à fando, id eſt, di-
cendo appellata ſunt, quoniam Chriſtus verbum
Dei eſt, in quo, antequam eſſent, dicta ſunt
omnia, non conſortium ſiderum, fatum Chri-
ſti eſt; ſed fatum etiam ſiderum Chriſtus eſt,
ipſam carnem ſub celo creatam ea voluntate aſ-
ſumpſit, qua etiam cælum creauit; ea poteſtate
depoſuit, & recepit, qua etiam ſideribus impe-
rauit.*

§. X.

*De ſtella, cum Chriſto, oritura, vaticini-
um Balaam.*

Quo pacto igitur Chriſtum natum, in
ſtella, Magi viderunt, quando eum non ar-
te A-

te Astrologica, non scientiâ Fati, non no-
tis stellæ inscriptis potuerunt cognoscere?
Communis est Basilij, Hieronymi, alio-
rumque SS. PP. sententia, Christum stellæ
nouæ indicio à Magis cognitum, quia, si-
cut cometæ mortes regum mutationésque
regnorum portendunt; ita Balaam vatici-
natus erat; cum Christo stellam orituram.
Orietur stella ex Iacob. Magi ergo, vel poste-
ri, vel successores Balaam, Ierosolymam ve-
nientes dicebât: *Ubi est, qui natus est Rex Iu-
daorum? vidimus enim stellam eius,* quem è va-
ticipinio Balaam, ex prædictione Sibyllæ,
deniq; instinctu & reuelatione diuina, stel-
læ indicio designatum nouimus. Cur enim
vaticinium Balaam successores eius latuif-
set, quod neque Romanis fuit incognitum?
Siquidem & Cicero, & Suetonius, & post
illos, etiam Orosius, tradunt, communem
tum famam fuisse, ex Iudæa proditurum re-
gem, qui omnibus dominaretur, quod Gen-
tiles Vespasiano suo falsò tribuerunt; Si-
bylla autem & Chalcidius Gentilis ac Pla-
tonicus Philosophus, Christo ex Virgine
nascituro. Sibyllæ oraculum tale extat.
*Diuinamq; Magi stellam coluere recentem,
Monstratusq; Dei præcepta sequentib' infans
Est in præsepi.* Chal-

Num. 24.

17.

Matth. 28

2.

Cic. lib. 2.

de diui-

nat.

Sueton.

in Vespas-

siano.

Orosius

lib. 6.

cap. 6.

Lib. 8.

orac. Si-

byllæ.

Chalci-
dius in
Timæ-
um Pla-
tonis.

Chalcidius autem ita ſcribit: *Eſt alia ſan-
ctior & venerabilior hiſtoria, quæ perhibet de
ortu ſtelle cuiuſdam, non morbos mortēq; de-
nunciantis, ſed deſcenſum DEI venerabilis ad
humana conuerſionis, rerūq; mortalium gra-
tiam: quam ſtellam cum nocturno itinere ſuſpe-
xiſſent Chaldaorum profecto ſapientes viri, &
conſideratione rerum geſtarum ſatis exercitati,
quaſiſſe dicuntur recentem Dei ortum, reper-
tāq; illa maiestate puerili, venerati eſſe, & vō-
ta Deo tanto conuenientia nūcupaſſe.*

§. XI.

De excellentia ſtelle, quæ magis apparuit.

Imperf.
op. au-
thor. ho-
mil. 2.

Imperfecti operis auctor refert, Succel-
ſores Balaam, poſt oraculum eius de ſtella
ex Iacob oritura, per ſingulas ætates, ali-
quos deputaſſe, qui identidem cælum con-
templarentur, vt ſtelle huius ortum, in
monte, qui Victoralis dicebatur, obſerua-
rent; tandēque, cum hi ipſi Magi eius or-
tum præſtolarentur, apparuit eis, inquit,
deſcendens ſuper montem illum Victorialem,
habens in ſe formam quaſi pueri parvuli, & ſu-
per ſe ſimilitudinem crucis; & locuta eſt eis, &
docuit eos, & præcepit eis, vt proficiſcerentur
in Indæam. Proficiſcentibus autem eis, per bi-
ennium, præcedebat ſtella. & neq; eſca neq; po-
tus